

www.e-rara.ch

**Vota amicorum gratulatoria ... Dn. Pauli Daseri Stutgardiani Wirtemb.
cum ... in illustri ac celeberrima Basileensium Universitate die 29.
Aug. an. 1620. medicinae doctor omnibus applaudentibus ...**

Daser, Paul

Basileae, 1620

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-71233>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

VOTA AMICORVM GRATVLATORIA

Virtute ac eruditione Praestantissimi Viri,

D. N. PAVLI DASERI

STVTGARDIANI WIRTEMB.

*Cum pro singulari suo merito in Illustri ac Celeberrima Basileensium Vniuersitate
die 29. Aug. An. 1620. MEDICINAE DOCTOR omnibus ap-
plaudentibus solemniter inauguraretur,*

PROMOTORE

Nobiliss. atq. Excellentiss. Viro,

**D. CASPARO BAVHINO, Basileensium Archiatro, Prax. Profefs. Ordin.
& Serenissimi Ducis Wirtembergici &c. Medico.**



DECUS ingens
Jamne DASERE
Arbore Phœbi
Cingere frontem!
O decus ingens!
Jamne cluebis
Doctor in arte
Hippocratea!
Jamne labores
Claudere tandem
Est tibi finis
Nomine tanto!
Præstat amice,
Dignus es, istud
Quis negat? ille
Qui sine mente est.
Præstat amice,
Cum Medico sint

I.

Aurea sæcla,
Hisce fruaris.
Mox fugient hæc
Fors meliora.
Quæ, Deus, imo
Pectore posco.
Insper iste
Doctor ut annos
Tot videat, quot
Viderat Adam.
Floreat arte,
Crescat honore,
Pellat ab ægris
Quod facit ægros.
Sic tibi reddam
Vota quotannis,
Sanguine & agnus
Imbuet aras.

Amico suo intimo gratulatur

**SAMUEL MAKOVSKY, Med.D.
& P. L. C.**

II.

SUDARE qualis gymnico certamine
*Athleta fertur, marcida quem corripit
Lauri cupido, seu feroci dextera
Pugnam inchoat, velocitate seu pedum
Mox comparanda signa dat victoria:
DASERE, talis te sciendi fervidus
Prehendit ardor, scripta te Coi senis
Versare Phæbus vidit, & Phæbi soror.
Quicquid Galenus, nostra sive secula
Habet metallo puriori conditum,
Hæc cuncta fervor ille maximus tuus
Absorbuit, inq. sanguinem vertit probum.
Multum nec ista me movet felicitas,
Tantum in Lyceo vixeris quum Rauracum,
Artis medendi quod peritos tot dedit,
Quot non Cylissa parturit tellus crocos.
Ubi Machaon hujus ille seculi
BAUHINUS; ipse credidit cui Delius
Vices suas quo doctius nullus potest
Morborum heras suo vocare nomine,
Victricibus vel aggregare pharmacis.
Ubi PLATERUS ore plus quam melleo*

*Orbis minoris machinam depradicat.
Ubi, STUPANUS (quos stupere pulpita
Solent) uterq. sacra pandunt Cynthii.
Ubi polares circulos amplissima
Metitur acris RYFFII solertia.
Ubi, parens quid mystico claudit sinu
Natura, perdoctæ explicat CHMIELECIUS.
O ter beata tempora, o felix caput,
Quod his laborum fert brabeion arbitris!
Festiva lux est, jam trophæa construit
Apollo cum suis Camænis: jam vires
Tuo DASERE pulchra Daphnis vertice.
I nunc, Charontis lintribus dato moras;
Fremantq. trina pensa quæ trahunt Dea.
Suprema sic te numinis potentia
Serves, tuisq. blandiatur artibus.*

Honoris ergo

**JOHANNES SCRETA SCHOTNOVIUS
à Zavorzitz, Bohemus.**

III.

QVANTUMVIS tumeant ob Martem laude sonora
Troadis ad Tempe Grajugenæ Proceres,
Nauplius, Atridæ, Danaum protector Achilles
Pelides, Ithacus, Dardaniæ exitia.
Attamen haud Danaï Podalirius atque Machaon
Laude carent, artis Lumina celsa suæ:
Verum vastatis à Teucris mœnibus, artis
Cum magna rursus laude petunt patriam.
Hos nec Apollineos tantum est dignata Nepotes
Laus, benè quæis cuperet, verum alios etiam.
Unus pro multis mihi sis tu DASER, alumne
Pieridum præstans, pulcher ocelle, decus.
Nam quia pervigili tractasti scripta labore
Et studio, Medicum quæ Genius peperit,
Gloria magna tuis studiis hinc debita surgit,
Dum Te Doctorem nunc Basilea creat.
Vive diu sospes, maturaque vota Parentum
Imple, quæis multus sis honor atque decus,
Auxilium ægrotis, dici quò possit ab omni,
Hic bonus Hippocrates, haud malus Acesias.

*Ita vocebam & gratabundus Amicus Amico intimo
scribebam Argentinae*

**JOHANNES GERNER Wimpinensis
Med. Studios.**

BASILEAE, Typis IOAN. IACOBI GENATHII, Acad. Typographi. Anno MDCXX.



